Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

corinth

Nouissimus adam in spm viuificantem. si no prius qd spiritale est
sed qd animale deinde qd spiritale. primus ho de terra terrenus 2us ho de
celo celestis. Qualis terrenus tales et terreni. et qualis celestis
tales et celestes. Sicut portauimus ymaginem terreni. portemus et ymaginem celestis. Hoc autem dico fratres quoniam caro et sanguis regnum dei
possidere non possunt. nec corruptio incorruptam possidebit. Ecce
mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus sed non omnibus immutabimur. In
momento in ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba et mortui
resurgent incorrupti. et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc
induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem
mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est. Ab
sorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua. Vbi est morsus
aculeus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. virtus autem peccati lex.
Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nrm ihm xpm.
Itaque fratres mei dilecti. stabiles estote et immobiles habundantes in omni
opere domini semper scientes. quod labor vester non est inanis in domino. Et ib. c.

Collectas autem quas fiunt in sanctos. XVI.

Sicut ordinauit in ecclesiis galatie. Ita et uos facite. Per
unam sabbati unusquisque vestrum apud se reponat reconditum quod ei bene
placuerit ut non cum venero tunc collecte fiant. Cum autem prius fuero
quos probauerit per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in ierusalem.
Si autem dignum fuerit ut et ego eam. mecum ibunt. Veniam autem ad
vos cum macedoniam pertransiero. Nam macedoniam pertransibo. Apud uos autem forsitan permanebo. vel etiam hiemabo. Ita ut me deducatis
quocumque iero. Nolo enim uos nunc in transitu uidere. Spero enim me ali
quantulum temporis manere apud uos. si dominus permiserit. Permanebo autem
Ephesi usque ad pentecosten. Hostium enim mihi aperitur magnum
et euidens et aduersarii multi. Si autem venerit timotheus
videte ut sit timore sit apud uos. Opus enim domini operatur sicut
et ego. Nemo ergo illum spernat. deducite autem illum in pace ut
veniat ad me. exspecto enim illum cum fratribus. De apollo autem fratre
uero vobis. quem multum rogauimus eum ut veniret ad uos cum
fratribus. Et omnino non fuit voluntas eius ut nunc veniret. Veniet autem